Fragmentarium

torium michi.
Effunde frameam et con
clude adversus eos qui
persecuntur me. dic anime
mee salus tua ego sum.
Confundantur et revere
antur querentes ani
mam meam.
Avertantur retrorsum et
confundantur cogitan
tes michi mala.
Fiant tanquam pulvis
ante faciem venti et
angelus domini coartans e[os]
Fiat via illorum tenebre
et lubricum et angelus domini
persequens eos.
Quoniam gratis absconderunt
michi interitum la
quei sui supervacue ex
probraverunt animam meam.
Veniat illi laqueus quem
ignorat et captio quam
abscondit apprehendat
eum et in laqueum ca
dat in ipsum.

Anima autem mea exul
tabit in domino et delectabi
tur super salutari suo.
Omnia ossa mea dicent
domine quis similis tibi.
Eripiens inopem de ma
nu fortiorum eius egenum
et pauperem a diripientibus eum.
Surgentes testes iniqui
que ignorabam interro
gabant me.
Retribuebant michi mala
pro bonis sterilitatem
anime mee.
Ego autem cum michi mo
lesti essent induebar cilicio.
Humiliabam in ieiunio 1671
animam meam et ora
tio mea in sinu meo con
vertetur.
Quasi proximum quasi
fratrem nostrum sic com
placebam quasi lugen[s]
et contristatus sic h[umiliabar]
Et adversum m[e]
[le]tati sunt

License: public_domain – Leuven, KU Leuven Bibliotheken Bijzondere Collecties, Ms. 1315, fol. [1]r – Psalter
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-vj1g/7311/58930)